



Ex fodinis nunc in Amœnum
hortum ad vegetabilium oc-
cultiora alcalia volatilia
me conseruo.

C A P V T X V I I I .

Vegetabilia omnia , non mi-
nus quam animalia habent
instrumenta vitalia , quibus v-
tuntur ad horum incrementum
& propagationem. In semine i-
gitur tanquam ouo vel stoma-
cho , dormit prevalens acidum ,
cum pusillo alcali , pro sui suspen-
tatione , cum specifico rectore (de
quo alibi) ; cum verò in terram
proijicitur , humido solvitur , &
calido excitatur ; acidum ut ig-
neum incipit agere in alcali ; cui
humidum accedit , illud rector
caloris beneficio informat ; sic in-
visibiliter acidum assumit alcali ,
& alcali vicissim sorbet acidum ,
in utramque partem tendunt fer-

Vegeta-
bilium me-
chanica in-
strumenta ,
Hippoc..
duæ facul-
tates. lib.
1. de dia-
ta.

130 Ottomis Tachenij

Fermenti
mysterium
olim studio
occultatum
fuit.

mentorum more , imò non ces-
sant , donec cursum præfixum
absoluerint ad suos fines; Spiritus
alter trahit , alter protrudit , &c.
ait Hipp. citato loco.

Humidum itaque cuiuscum-
que vegetabilis continet acidum
& alcali ; in alijs prædominatur
alcali , acidum autem in alijs ; a-
cidum est notissimum , alcali ve-
rò hactenus paucis cognitum :
quod in expresso vuarum dulci
succo , ut notissimo ad oculum
nunc ostendam ; in quo primis
diebus Rector dormit , qui paulò
post , admouet mechanica in-
strumenta ; acidum incipit ro-
dere alcali , illud autem absor-
bet acidum , fitque actio & pug-
na vehemens , quam à feruen-
do fermentationem appellamus ;
& id donec acidum ut supremum
vicerit alcali , in illa pugna ambæ
facultates (sapore , instrumen-
ta , mechanica vel etiam archite-
tonica , voca ut lubet , vel etiam
Archeus , calidum innatum , &c.)
patiuntur ingentem cladem , fit-

Fermen-
tum quod
feruendo
crescit.

Hippocrates Chymicus. 131
que internecio vigorosa , acidi
ab alcali absorpti & pessun-
dati ac fatiscentis: ambo cadunt
mutuo amplexu in cadauer (vi-
ni respectu) quod Tartarus ap-
pellatur.

Hunc ex retorta si distillaueris,
acidum excitatur à calore , &
& rursus incipit agere in alcali,
illud autem vicissim in acidum,
fitque noua fermentatio , ob id
lentissimo igne agendum est: &
licet recipiens vas , vt vt mag-
num , fermentationis tamen in-
condensibilis odor (Gas , vocat
Helmont) percipitur longè , vin-
cit tandem alcali acidum , illud-
que planè absorbet , & ambo
pro maiori parte fixantur. Liquor
& oleum in receptaculo , satu-
rati sunt alcali volatili , quod e-
gregij est usus per se , paucis ta-
men cognitus. Distillatum li-
quorem & oleum , si rursus ca-
piti mortuo affuderis , tunc al-
cali volatile , quod liquor conti-
nebat , absorbetur ab acido in
capite mortuo , & fixatur ; quod

*Spiritus
Tartari.*

autem rursus tunc stillat, erit a-
quæ elemento vicinus & mino-
ris efficaciam. Reformator verò ut
vbique, sic etiam hūc grauitet
impingit, ait enim a : *vulgaris*
spiritus tartari, qui à suo relictō
capite mortuo non rectificatur,
nullā ratione pro puro spiritu tar-
tari haberi debet.

Ex hoc suo rectificato spiritu
tartari (& proprio insipido ce-
rebro) componit medicamen-
tum, profecto lacrymabile, quod
vocat b : *mixtura de tribus ex*
mineralium spiritibus. Primo al-
cali volatile in tartaro saturatur,
cum acido sulphuris antimonij,
idque vocat, *spiritus Antimony*
Tartarisatus; si forte fortunā a-
liquid alcali volatilis adhuc su-
peresset! en, quid agit? illud
deinde mortificat cum aceto ex
ærugine & acido vitrioli: Vn-
de hæc dispendiosa, sed artificio-
sa & inutilis composicio, constat
ex aqua elementali & aceto: hanc
mixturam antiqui poscam nomi-
narunt; huic Reformator nihil
nisi

a. Mantis-
sa Herme-
nica, fol.
745.

b. Manta-
nissa, fol.
750.

nisi fætorem tartari addit.

Spiritus autem tartari prudenter ab Hippocratico distillatus non est acidus, sed subamarus, & alcali volatili saturatus, cui si spiritum vitrioli affuderis, incalescit, ita ut lagena vix manibus teneri possit, euidenti argumento, quod acidum vitrioli, alcali tartari absorbeat, sicut calci aquâ affusâ contingit: & quemadmodum in calcis calefactione salia moriuntur, & in neutrum degenerant; sic de spiritu tartati, cum acido quocumque mixto, intelligendum est. Ita enim docet a Hippocrates Doctor meus. Redeo nunc vnde digressus, ad Chymicam nimis vini fermentationem, cuius causâ tartarus cecidit in fundū, ut cadauer.

Aciditas vero per liquorem sparsa, illi dominatur, defenditque, & vocatur vinum; huius aciditas fit palato grata, respectu alcali, quo cum amicitiam iniuit, acidumque temperat, donec tandem aciditas alcali pertær-

Permixta
alterantur,
lib. I. de
diata.

sa, aut calore iterum excitata, superare contendit alcali; fitque noua, at insensibilis pugna, vimque magis acescit, vocaturque communi nomine acetum. Cui si per alembicum separatur aciditas, & fundus per ignem concrematur, tunc reperitur ex tartareo illo fundo alcali, quod tamen multis impossibile videbitur in tanto acido alcali reperire, & tamen verum est *a*, idque voluit Philosophus *b* inquiens: impossibile esse materiam, cui non subsit aliqua forma.

*a Absque
arte non re-
peritur in
natura aci-
dum purū,
sine alcali
mixtum, &
vice versa
Hipp. lib.
z. de dieta.*

*b Aristor.
primo phy-
sorum.*

*sic Re-
stor paula-
rim à sensi-
bus nostris
externis, in
nihilum re-
cidit: a-
deo ut non
inueniat*

Huic alcali superadde acidum distillatum, & evoca phlegma aquosum, odorem aquæ ardentis habens; tunc ex acido & alcali, habebis tartarum regeneratum, qui ex retorta dat oleum pingue & aquam amaram, alcali volatili saturatam. Ex phlegmate per phiolam longi colli euoca pingue ardens aquosum, quod aquam vitæ appellamus: reliqua pars est aqua elementalis. Pingue, reassumit alcali, de-

Hippocrates Chymicus. 135

quo rursus evoca aquam elementalem, repete hanc operationem, & tota vini substantia in aquam & terram elementalem omni sapore & odore priuatam transit. Hinc patet, quod vinarum succus, alcali & acidum (in quo Rector habitat) conseruavit, per varios casus, per tot discrimina, usque ad ultimam sui annihilationem.

*homo oper,
quod ope-
ratus est
Deus. Eccl.
c. 3. v. 11-*



Desertam & incultam viam
explanat.

C A P V T X I X .

Quod præcedenti capitulo in vinarum succo ostendi, illud ipsum de omnium vegetabilium succis intelligendum est, omnibus siquidem inest acidum & alcali, magis & minus, ut Hippocr. & experientia docent: eâ tamen differentiâ, quodd in illis, quæ frigida appellamus, prædominatur alcali, & non sunt

M ij